tates adſcendere cupiens, deſcendam hîc quidem ad ignominiam, alibi verò ad pœnam ſempiternam.

AUFER A ME DOMINE SPIRITUM ELATIONIS; Ne ſpe adſcendendi de FAVORE GRATIAQUE HUMANA quovis modo conciliandâ ſim ſollicitus; Tu cave obſecro, ne in fœdam adeò & Chriſtano homine nomineque indignam prorſus incidam idololatriam, imò execrandam penitus Ἑαυτοθυσίαν, quâ faſcinati plurimi, ſtudia, vitam, tranquillitatem, conſcientiam, imò ipſam animam Patronis immolare, ſpretoque Creatore, *thura incendere creaturis* haudquaquam verentur. Horum ingentia damna & pericula me reddant cautiorem, doceantq;, haud grandiorem ſumptum excogitari poſſe, quam quo hominum *Gratia* comparetur, nec gemini theſauri (quovis pretio majoris,) *Famæ* ſc. & *Animæ*, exiſtimationis & beatæ æternitatis jacturam, ſæpiſſimè ſufficere, ad Magnatum benevolentiam redimendam, aut redemptam conſervandam; quoties etiam divina acciderit providentia, ut oculi ab infinitæ Bonitatis cœleſtis throno averſi, inq; homi-